

~~Ed. 276~~

1) Liber, P.

mobl 2/- 15)

EL 236

(3) = HF

72

CENTO VIRGI
LIANVS

In effigiem

REVEREN-
DI PATRIS DOCTO-
RIS MARTINI LVTHERI,
magni illius Germaniæ
Prophetæ.

Contextus studio

M. ALEXANDRI ARNOLDI,
S.S. Theologiae & poëseos Studi. scholæ
Guelficæ Rectoris.

LWolfsbüttel? um 1606.7



Alexander Arnoldi

Reverendis, nobilibus, magni-
ficis & excellentissimis viris,

DN. BASILIO SATLERO, SS. Theo-
logiae D.

DN. LVCÆ Langmantellii von
Sparren.

DN. HENRICO PETREO,

et

DN. HILDEBRANDO GISLER
RVHMANNO, J. V. Doctoribus.

DN. M. PAVLO MVSEO, Superin-
tendenti Guelfiaco.

Illustrissimo principi ac

Dn. Dn. HENRICO IV.

LIO Duci Brunsvicensi ac Lunæ-
burgensi etc. à consiliis Ecclesiasticis,
patronis & promotoribus suis piè ac
reverenter honorandis.

D. D. D.

M. ALEXANDER ARNOLDI,
scholæ Guelficæ Rector.



CENTO
In effigiem Doctoris
MARTINI LVTHERI.

- Ac. 3. **S**ic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat (rum)
Ac. 8. Flos veterum virtusq; virum, cui maxima re-
Ac. 9. Verborumq; fides, omnis quem credidit ætas
Ac. 1. Insignem pietate virum, dum vita manebat.
Ac. 6. Hic vir, hic, omnipotens cœlo ter clarus ab alto
Ac. 5. Quem docuit, subitâq; animum dulcedine movit;
Ac. 6. Vnus qui nobis, tot jam labentibus annis
Ecl. 1. Et fontes sacros & sancta oracula Divum
Ac. 11. Rettulit in melius, per tot discrimina rerum.
Ac. 4. Protinus I L L E patris magni parere parabat
Ac. 4. Imperio, famâ multis memoratus in oris.
Ac. 2. Nec requievit enim, donec de culmine summo
Ac. 7. Iampridem resides, & corda oblita laborum,
Ac. 1. Et genus invisum & diri sacraria Ditis
Ge. 4. Inter sacra DEI, per tanta pericula casus
Ac. 7. Relligione sacrâ Stygias detrusit ad undas.
Ac. 1. Conveniunt, quibus est odium crudele, Tyranni,
Ac. 3. Gens effræna virum, falcati cominus enses
Ac. 7. Æratæq; micant peltæ, flammæq; ministrant.

- Ac. 11. Hos inter motus manet imperterritus ILLE, Ac. 10.
 Ac. 12. Lætitiâ dictis it contra dicta Tyranni. Ac. 10.
 Ac. 6. Vicit iter durum Pietas, fiducia rerum. Ac. 8.
 Ac. 5. ILLE è consilio multis cum millibus ibat,
 Ac. 6. Ibat ovañs, fidens animi atq; in utrumq; paratus, Ac. 1.
 Ac. 1. Sive extrema pati, seu certæ occumbere morti. Ac. 2.
 Ac. 4. Intransentem muros REX omnipotentis olympi Ac. 12.
 Ac. 8. Excepitque manu, medioq; ex hoste recepit, Ac. 6.
 Ac. 7. Quem neque fas igni cuiquam, neq; sternere ferro.
 Ac. 8. Iam tum relligio, magnum quæ sparsa per orbem, Ac. 1.
 Ac. 6. (Vt primum celsit furor, & rabida ora quierunt)
 Ac. 9. Sustinuit, discussæ umbræ, & lux reddita menti est, Ac. 12.
 Ac. 9. Et procul in tenuem ex oculis evanuit auram
 Ac. 8. Vana superstitio, Stygijs emissa tenebris. Ge. 3.
 Ac. 5. Summe PATER, cœlum & terras q numine torques, Ac. 4.
 Ac. 3. Submissi petimus, propius res aspice nostras. Ac. 1.
 Ac. 9. Agnovère Deum Regem Regumq; parentem Ac. 6.
 Ge. 4. Matres atque viri, pueri, innuptæque puellæ: Ac. 2.
 Ac. 9. Hostis adest scelere ante alios immanior omnes, Ac. 1.
 Ac. 2. Has evertit opes, morem ritusque sacrorum, Ac. 12.
 Ecl. 8. Nec curare Deum quenquam mortalia credit.
 Ac. 9. At tu, magne PATER, tandem miseratus ab alto, Ac. 5.
 Ac. 12. Accelera tristes animo deponere curas. Ge. 4.
 Ac. 12. Occidat infelix crimenq; caputq; malorum, Ac. 12.
 Ac. 1. Parce pio generi, & jam casibus omnium egenos Ac. 1.
 Ac. 11. Ne celsa antiquâ sub relligione tuerj. Ac. 3.

AD



AD VVITEBERGAM.

- Ae. 3. O Felix una ante alias, q̄ maxima semper Ae. 8.
Ae. 1. VRBS ANTIQVA, fuit multos servata per annos Ae. 2.
Ae. 7. Relligione sacrâ, DVCIBVSQVE & viribus æquis, Ae. 10.
Ae. 2. Et jam tantum alias inter caput extulit urbes, Ecl. 1.
Ecl. 1. Quantum lenta solent inter viburna cupressi;
Ae. 7. Illa velut pelagi rupes immota resistit.
Ae. 4. Felix heu nimium felix! Tibi maxima rerum Ae. 9.
Ae. 9. Verborumq; fides. Postquam inter retia ventum est, Ae. 10.
Ae. 9. Tempore quo primùm catulorum oblita læna Ge. 3.
Ge. 3. Seviore erravit campis, tum pessima Tygris, Ge. 3.
Ae. 8. Te Stygij tremuere lacus, te janitor Orci.
Ge. 3. Ergo omni studio (ferrugine clarus IBERVS, Ae. 9.
Ae. 9. Ac veluti pleno lupus insidiatus ovili
Ae. 9. Sævire in absentes, ut cœlum territet armis) Ae. 11.
Ae. 11. Hos inter motus atque hæc certamina tanta Ge. 4.
Ae. 11. Ne cessa antiquâ sub relligione tueri Ae. 2.
Ae. 9. Rectores juvenum & rerum, juvenumq; MAGISTROS. Ge. 3.
Ae. 3. O felix una ante alias in nomen ituras! Ae. 6.
Ae. 6. Magnanimi Heroës nati melioribus annis,
Ae. 5. PRINCEPS ante omnes, quo non præstantior alter, Ae. 6.
Ae. 6. AVGVSTVS, famæ merito pars maxima nostræ. Ge. 2.
Ae. 5. Iamque adeo donati omnes nunc arte Magistri, Ae. 8.
Ae. 3. Et nati natorum, & qui nascentur ab illis,
Ae. 6. Ostendent terris famamq; & fata nepotum. Ae. 8.



VOTVM AD DEVM

TER---MAXIMVM.

- Ac. 5. **Q**uod superest, oro : rebus iam ritè paratis, Ac. 4.
 Ac. 10. Omnipotens genitor, susceptum perfice Ac. 6.
 munus,
 Ac. 2. Hanc primam tutare domum, decora al- Ac. 1.
 ta futuris,
 Ge. 1. Annua sacra refer, delectos ordine ab omni Ac. 7.
 Ac. 4. Accipito, teq; aspectu ne subtrahe nostro. Ac. 6.
 Ge. 3. Dum faciles animi juvenum, dum mobilis ætas,
 Ac. 5. Ducere dona jube, finemq; imponere curis. Ac. 4.
 Ac. 11. Des PATER, ut virtus animusq; in pectore præsens Ac. 5.
 Ac. 5. Ostentans artem, primos sibi poscat honores. Ac. 11.
 Ac. 2. Da deinde auxilium famà & felicibus armis, Ac. 7.
 Ac. 8. Tum lecti juvenes certatim, si bona norint, Ge. 2.
 Ec. 7. Et cantare pares & respondere parati,
 Ge. 3. Impendent curas, portusq; intrare licebit. (STRI Ac. 3.
 Ac. 7. Hoc etiam his addam : memoranda inventa MAGI. Ge. 4.
 Ec. 9. Cantantes, sublime ferent nomenq; decusq;. Ac. 10.



Charta ne vacaret, sequentia
qualia qualia adijcere voluimus, ad
dictum Euripidis:

Οἰσέον καὶ ἐλπιδέον.

Ferendum & sperandum.

Ae. 5. **C**Ede DEO! Superanda omnis fortuna ferendo Ae. 5.
est,

Ae. 10. Fata viam inuenient, olim meminisse iuvabit. Ae. 3.

Ec. 4. CARA DEI SOBOLES, (spes & solatia nostri) Ae. 8.

Ae. 7. REX genus egregium, dum spes incerta futuri, Ae. 8.

Ae. 8. Dum curæ ambiguae, duri solatia casus Ae. 6.

Ae. 3. Solamenq; mali claro demittit Olympo. Ae. 4.

F I N I S.



Charta ne vacaret, sed
qualia quibus adhibere volumus, ad
dicendum in quibus:

Oratio vos exoratur

Ferendum & sperandum.

Ac. 7. Certe DEO speranda omnia sunt. Ac. 7.

Ac. 8. Tota vita inveniunt, cum mentis inveniunt. Ac. 8.

Ac. 9. Cetera DEI SODALES, (per solatia nostra) Ac. 9.

Ac. 10. Rex genus originum, dum speranda sunt. Ac. 10.


Ac. 11. Pura est ambigua, dum solatia sunt. Ac. 11.


Ac. 12. Solatia sunt illa clare duntaxat. Ac. 12.

T H I S









Farbkarte #13

B.I.G.

72

...NTO VIRGI
...LIANVS

...n effigiem

VEREN-
ATRIS DOCTO-
MARTINI LVTHERI,
...agni illius Germaniæ
Prophetæ.

Contextus studio

ALEXANDRI ARNOLDI,
...ologia et poëseos Studi. scholæ
Guelficæ Rectoris.

...mittel? um 1606.7

